



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**R. P. D. Thomæ Delbene Marvbiensis, Clerici Regvlaris,
Sacrae Theologiae Professoris ... De Immvnitae, Et
Ivrisdictione Ecclesiastica**

Bene, Thomas del

Lugduni, 1674

G

[urn:nbn:de:hbz:466:1-98676](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-98676)

Decembris 1647. in Auximana: *lib. 4. decr. Paul. fol. 35.*

Impedientes extractionem frumenti Ecclesiasticorum excommunicantur. Die 22. Ianuarij 1629. *lib. 1. decr. Paul. fol. 122.* in Eugubina.

Ecclesiastici non possunt cogi, vt eorum frumenta contribuant pro abundantia annonæ. Die 18. Maij 1649. in Ciuitatis Castell: *lib. 4. decr. Paul. fol. 78.*

Perquisitio frumentorum in locis immunibus non potest fieri à laicis. Die 15. Decembris 1648. in Florentina. *ibid. fol. 66.*

Assignationes frumenti sunt dandæ Ordinario loci, sed cognitio super fraudibus potest fieri à Gubernatore, si habeat facultatem. Die 10. Decembris 1629. in Assiensis: *lib. 2. decr. Paul. fol. 4.*

In casu etiam penuriæ, *le rassegne delle biade*, sunt faciendæ Curia Ecclesiasticæ. Die 14. Ianuarij 1630. in Ciuitatis Castell: *ibid. fol. 23.*

Ecclesiastici non tenentur consignare frumentum Principi laico. Die 18. Augusti 1637. in Casalensi: *lib. 3. decr. Paul. fol. 39. à tergo.*

Nec denunciare frumenta Iudici laico. Die 19. Iunij 1592. in Ferrariensi, *in regesto.*

Monasterium Carthusiæ Ferrariensis eximitur à gabella pro frumento vendito. Die 28. Nouembris 1634. in Ferrariensi: *lib. 2. decr. Paul. fol. 209.*

Vltra vsum vnius anni pro familia propria emi prohibuit Pius V. *const. 19.* Excommunicatio tamen hodie non incurritur, quia sublata fuit ab Urbano VIII.

Furnus.

Episcopus potest aperire furnum ad effectum di *fare spianare il suo grano*. Die 14. Decembris 1649. in Vrbinate: *lib. 4. decr. Paul. fol. 96.* Nucerna, die 25. Ianuarij 1650. *ibid. fol. 98.* Forosempronienfis, die 23. Augusti 1633. *lib. 2. decr. Paul. fol. 168.*

Ecclesiastici non possunt cogi ire ad certum furnum. Die 13. Iulij 1637. in Fanensi: *lib. 3. decret. Paul. fol. 37.*

Furnus Ecclesiasticorum gaudet exemptione. Die 20. Martij 1630. in Nuscana: *lib. 2. decr. Paul. fol. 33. à tergo.*

Clerus potest habere furnum proprium, eoque vti, seu locare personæ sibi bene visæ. Die 9. Martij 1632. in Eugubina, *fol. 116. à tergo.*

Nuncius Neapolitanus prouideat circa furnos Regularium, vt illis vtantur pro suo vfu tantum. S. Congr. Immunit. 4. Decembris 1628.

Furiosus.

Novitia furiosa debet remitti domum. S. Congr. Episcop. 7. Aug. 1607.

Professa verò secus. Eadem S. Congr. 25. Iunij 1601. & 15. Nouembris 1588.

Fur.

Furans in Ecclesia gaudet immunitate Ecclesiastica, sed puniri potest. Die 18. Martij 1631. in Squillacensi: *lib. 2. decr. Paul. fol. 100.*

Furans pyxidem, in qua actualiter asseruatur Sanctissimæ Eucharistiæ Sacramentum, non gaudet immunitate Ecclesiastica. Die 2. Iunij 1632. in Squillacensi, *ibid. fol. 128.*

Furans vota argentea in Ecclesia, damnatur ad tritremes. Die 21. Nouembris 1635. in Placentina: *lib. 2. decr. Paul. fol. 238. à tergo.*

Committens furtum in Ecclesia gaudet immunitate,

non tamen respectu Iudicis Ecclesiastici. S. Congr. Episc. 18. Martij 1603.

G

Gabella.

Clerici in minoribus gaudere debent exemptione à gabellis. Die 10. Nouembris 1638. in Montis Alti: *lib. 3. decr. Paul. fol. 78. à tergo.* Florentina, die 13. Iunij 1640. *ibid. fol. 119. à tergo.* Camerinenfis die 17. Ianuarij 1628. *lib. 1. decr. Paul. fol. 80.*

Ecclesiasticæ personæ non tenentur ad gabellas absque licentia Sedis Apostolicæ. *In regesto.* in Matheranensi.

Ecclesiastici non possunt grauari à pratensa gabella Communitatis. Die 16. Iulij 1627. in Vrbinate: *lib. 1. decr. Paul. fol. 57.*

Clerus secularis, & regularis eximitur à gabellis à laicis impositis. Die 1. Decembris 1627. in Parmensi: *lib. 3. decr. Paul. fol. 51.* Vicentina, die 25. Maij 1638. *ibid. fol. 63.* Mutinensis, die 21. Martij 1625. *ibid. fol. 24.* Senogallienfis, die 2. Maij 1629. *lib. 1. decr. Paul. fol. 136.* Recanatenfis, die 22. Iunij 1655. *lib. 5. decr. Paul. fol. 68. à tergo.* Ciuitatis Castell die 5. Martij 1652. *lib. 4. decr. Paul. fol. 177. à tergo.*

Etiam à gabella, vt dicitur *de contratti*. Die 9. Aprilis 1647. in Reatina, *ibid. fol. 11. à tergo.*

Clerici non tenentur ad gabellam impositam super pascua animalium. Die 31. Ianuarij 1628. in Laquedonensi: *lib. 1. decr. Paul. fol. 82.*

Clerici gaudent exemptione fructuum in bonis etiam eisdem donatis, *ibid. fol. .*

Clerici non tenentur ad solutionem gabellæ carnis. Die 30. Maij 1628. in Asculana: *lib. 1. decr. Paul. fol. 94.*

Clerici, etiam si non inseruiant Ecclesiæ, eximuntur ab oneribus personalibus. Die 6. Martij 1635. in Aprutina: *lib. 2. decr. Paul. fol. 218.*

Ecclesiastici non tenentur ad onera ad fauorem Principis. Die 18. Augusti 1637. in Casalensi: *lib. 3. decr. Paul. fol. 39. à tergo.*

Nec tenentur ad solutionem oneris nuncupati *il Tasso*. Die 9. Iunij 1636. in Casalensi: *ibid. fol. 33.*

Clerus secularis eximitur à gabellis laicalibus. Die 31. Maij 1659. in Placentina. *lib. 3. decr. Paul. fol. 93.*

Clerus non potest sponte soluere gabellas à laicis impositas. Die 15. Iunij 1638. in Vicentina: *lib. 3. decr. Paul. fol. 65.* Andrian, die 27. Septembris 1632. *lib. 2. decr. Paul. fol. 138.*

Bona data Clericis in Regno Siciliae quomodo sint exempta à gabellis, & quando teneantur soluere. Die 24. Ianuarij 1623. in Sicilia, *in regesto scripturarum veterum, fol. 16.*

Gabella non soluitur in transportatione Cadaveris ab vno ad alium locum. Die 10. Iunij 1653. in Firmana: *lib. 5. decr. Paul. fol. 16.*

Emphyteuta Ecclesiasticorum gaudet exemptione ab oneribus Communitatis. Die 27. Maij 1654. in Imolensi: *lib. 5. decr. Paul. fol. 141. à tergo.*

Clericus, quamvis absens, gaudet exemptione à gabellis. Die 2. Iulij 1650. in Salernitana: *lib. 2. decr. Paul. fol. 49.*

Clerus non tenetur soluere gabellam impositam super tumulis frumenti. Die 11. Septembris 1634. in Lucerna, *ibid. fol. 201.*

Seruientes Ecclesiis non tenentur ad gabellam panis non ingabellari. Die 30. Decembris 1636. in Bouinensi: *lib. 3. decr. Paul. fol. 14.*

Gabella

Gabella non est soluenda pro elemosyna frumenti, vini, olei, &c. Die 26. Februarij 1658. *lib. decr. Roccy, fol. 67. à tergo.* Valentina, die 12. Nouembris 1658. *ibid. fol. 134. à tergo.*

Clerus gaudere debet exemptione à gabella vini. Etiam ementes ab eis. Die 14. Ianuarij 1653. in Conuersanensi: *lib. 5. decr. Paul. fol. 5. à tergo.* Rauenmatensis, die 20. Augusti 1635. *lib. 5. decr. Paul. fol. 253.* Panormitana, die 7. Iunij 1633. *ibid. fol. 160.* Ocitana, die 24. Iulij 1628. *lib. 1. decr. Paul. fol. 101.* Iannensis, die 9. Aprilis 1647. *lib. 4. decret. Paul. fol. 10. à tergo.*

Ementes vinum ab Ecclesiasticis non tenentur ad gabellam impositam. Die 14. Maij 1663. in Iuuenacensi: *lib. decr. Roccy, fol. 480.*

Collegium Romanum eximitur à gabella vini, vt dicitur à minuto. Die 19. Nouembris 1638. in Auerfana: *lib. decr. Roccy, fol. 128. à tergo.*

Emptores fructuum ab Ecclesiasticis non tenentur ad gabellam extractionis. Die 24. Martij 1654. in Ferrariensi: *lib. 5. decr. Paul. fol. 36.*

Ecclesiastici, attenta quasi possessione immemorabili, eximuntur à gabella macinæ. Die 12. Februarij 1646. in Cusentina: *lib. 4. decr. Paul. fol. 4.*

Episcopus non potest præcipere gabellariis, ne dent Clericis franchisias sine sua licentia. S. Congr. Episc. in Tranensi, 23. Iulij 1603.

Quoad Clericos, qui vendunt furnariis, vel aliis schedulas suæ franchisiz, nihil debet innouari. S. Congr. Episc. in Melitensi, 25. Iunij 1619.

Familiares, qui seruiunt actualiter Ecclesiasticis, exempti sunt à gabellis. S. Congr. Episc. in Liciensi, 12. Martij 1602.

Clerici non tenentur ad gabellas, neque ratione pascui animalium. S. Congr. Episc. in Caputaquensi, 14. Augusti 1612.

Neque pro pane, & vino determinato, licet emerent à laicis. S. Congr. Episc. in Brundusina, 10. Augusti 1604. & in Oritana, 30. Iulij 1612.

Neque pro vino collecto in propriis vineis, licet illud vendant laicis. S. Congr. Episc. in Tranensi, 13. Ianuarij 1610. & in Sipontina, 11. Septembris 1612. vel ad minutum. Eadem S. Congr. in Tranensi, 22. Ianuarij 1613. & in Laelleni, 24. Septembris 1617.

Neque pro paleis, & serico collectis in propriis bonis, & alteri venditis. S. Congr. Episc. in Rhegiensi, 3. Augusti 1621.

Moniales non comprehenduntur in gabellis prædialibus, neque in statu Ecclesiastico. S. Congr. Episc. in Auximana, 19. Maij 1617.

Neque impositis pro vino, & lignis, quæ introducuntur in Ciuitatem pro vfu Monasterij. S. Congr. Episc. in Anconitana, 15. Ianuarij 1619.

Absolutio ab excommunicatione ob impositionem gabellæ incurfa non conceditur, nisi facta restitutione eisdem Ecclesiasticis, vel si id minus fieri possit, alicui loco pio, arbitrio Ordinarij. S. Congr. Episc. in Tropiensi, 24. Aprilis 1582.

Modò restituta non applicet Cathedrali, vel suo Palatio. Eadem S. Congr. 16. Martij 1603.

Quando bona peruenientia ad Clericum, vel ad Ecclesiam habent annexam aliquam gabellam certam, perpetuam, & inuariabilem, tenentur illam soluere. S. Congr. Immunit. 21. Aprilis 1640.

Et similiter pro solutionibus debitis, & maturatis tempore, quo iam bona deuenerant in Clericos. S. Congr. Immunit. in Marsicana, 10. Aprilis 1628.

Licebit Capitulo exigere gabellam, siue datum ab immemorabili consuetum, & sibi donatum, vel alio modo legitime acquisitum super fructibus prædiorum,

etiam Ecclesiasticorum; quia hoc est onus reale, certum, & inuariabile, vt supponitur. S. Congr. Concilij in Castellatenensi, 29. Nouembris 1653.

Non potest Ecclesiasticus in acquirendo se obligare per pactum ad soluenda huiusmodi onera, nisi sint hypothecæ, vel ita rei annexa, vt cum ipsa pertranseant. S. Congr. Episc. in Vgentina, 6. Octobris 1617. & in Vritana, 17. Nouembris 1620.

Res Ecclesiasticorum, quæ venduntur laicis, translatæ earum in laicos dominio, non retinent amplius exemptionem à gabellis, neque ab oneribus incertis, & variabilibus. S. Congr. Episc. in Vmbriaticensi, 11. Septembris 1598.

Res, quæ propter non solum vestigal, incidunt in comissum, ipso iure efficiuntur Fisci, vel eius, cui vestigal soluendum erat.

In canone 5. Bullæ Ccenæ Domini est excommunicatio lata sententiæ contra omnes, qui in terris suis pedagia, seu gabellas nouas imponunt, vel augent, præterquam in casibus à iure, vel ex speciali Sedis Apostolicæ licentia permisis; vel augeri, seu imponi prohibita exigunt.

Generalis.

Generalis Regularium nedum appellationes recipere, sed & causas in prima instantia auocare potest, quia Concilium non loquitur de Regularibus. S. Congr. Episc. 2. Octobris 1654.

Generalis non debet condemnare Fratres de facto, causæque prius non cognitæ. S. Congr. Episc. 26. Nouembris 1602.

Neque est certum, an habeat facultatem mittendi ad tritemes, *ibidem.*

Graduatus.

Decretum, quod qui non est graduatus in aliqua Vniuersitate, non possit habere officia, vel beneficia in aliquo Regno, est contra libertatem Ecclesiasticam. S. Congr. Episc. in Castellatenensi, 25. Iunij 1603.

Græci.

Congregatio S. Officij aliquando prohibuit, ne in aliqua Diocesi Græci, vel alij Clerici Albanenses ad Ordines promouerentur, nisi prius de ipsis mandato circa dogmata nostræ fidei examinati. S. Congr. Episc. in Rossanensi, 29. Aprilis 1616.

Ordinarij abstinere debent à promotione Græcorum bigamorum, vel qui exercuerunt chirurgiam. S. Congregat. Episc. in Brundusina, 23. Augusti 1652.

Ritum Latinum retinere debent ritu Latino nubentes Græcis. S. Congr. Episc. 20. Februarij 1590.

Græci subiciuntur Ordinariis circa ea, quæ ad Deicultum, & Sacramentorum administrationem attinent. Pius IV. constitutione 73.

Festos dies Latinorum tenentur obseruare Græci inter Latinos existentes. Clemens VIII. constitutione 34. *Sanctissimus.*

Grassatores.

Non possunt dici, neque publici latrones, neque viarum grassatores, qui semel, aut bis aliquem spoliauerunt, vel sapius, sed occultè, in viis priuatis, vel etiam in locis sacris, dummodò non publicè furari consueverint. S. Congr. Episc. in Carhacensi, 10. Martij 1610. & in Laudensi, 28. Aprilis 1623.

Gratia.

Gratia, super qua fuerunt literæ expeditæ, non evanescit morte Pontificis, sed suum effectum sortiri debet iuxta earum tenorem, modò ratione, vel alia suspicione careant, & non sint in forma commissoria; quia tunc re infecta remanente, morte mandantis mandatum expirat. S. Congr. Episc. 26. Septembris 1589.

Gubernator.

Episcopus cum facultate Apostolica potest procedere contra Gubernatorem exemptum. Die prima Decembris 1666. in Materanensi: *lib. decr. Altrouiti, fol. 33.* Monopolitana. Die 15. Ianuarij 1667. *ibidem. fol. 40.*

Gubernator, vti persona Ecclesiastica potest conuenire Regulares examinandi causâ. Die 19. Augusti 1655. in Ciuitatis Castelli: *lib. 5. decr. Paul. fol. 19.*

Gubernator recusans accedere ad Cathedralem contra solitum, cogi potest. Die prima Septembris 1607. in Fanensi, *in regesto.*

Gubernator Campaniæ melius certior de qualitate carceratorum, propter quos eius Ministri fuerunt excommunicati. Die 16. Iulij 1626. in Terracineni: *lib. 1. decr. Paul. fol. 8. à tergo.*

Scribitur Episcopo Terracineni per verbum *miramur*, quia non recte processit contra Ministros Gubernatoris. Die 14. Septembris 1626. in Terracineni: *lib. 1. decr. Paul. fol. 16.*

Gubernator Campaniæ declaratur excommunicatus. Die 14. Septembris 1626. in Verulana, *ibid. fol. 16.*

Committitur Episcopo Narniensi, vt absoluat Gubernatorem, & Magistratum excommunicatos. Die 14. Augusti 1627. in Narniensi: *lib. 1. decr. Paul. fol. 59.*

Proceditur contra Gubernatorem Corsicæ, & alios violatores immunitatis Ecclesiasticæ. Die 24. Iulij 1628. in Marianensi: *lib. 1. decr. Paul. fol. 100. à tergo.*

Proceditur contra Gubernatorem Tropicensem ad aggrauatoriam, & reaggrauatoriam. Die 22. Iulij 1630. in Tropiciensi: *lib. 2. decr. Paul. fol. 52.*

Gubernatori non debetur locus in Choro, osculatio Evangelij, vel similia. S. Congr. Episc. in Tranensi, 30. Maij 1586. & in Rubiensi, 19. Augusti eiusdem anni; & in Hydruntina, 16. Decembris 1596.

Neque Ministris Audientiæ Regiæ. S. Congr. Episc. in Consentina, 5. Februarij 1596.

Gubernator Episcopus indistinctè incensatur, & recipit pacem ante Vicarium, & etiam non Episcopus, si sit Prouinciæ; si verò sit ciuitatis particularis, non Episcopus, præsentè Episcopo ante Vicarium; eo verò absente post Vicarium. S. Congr. Episc. 30. Iunij 1592.

H

Homicidium, & homicida.

Inquisitus pro homicidio non gaudet immunitate Ecclesiastica. Die 19. Decembris 1662. in Narniensi: *lib. decr. Roccij, fol. 448.*

Si constet de qualitate proditoris, non sequitur morte, damnatur ad tritremes. Die 23. Februarij 1638. in Bononiensi: *lib. 3. decr. Paul. fol. 53.*

Ad probationem homicidij proditoris requiritur amicitia præcedens. Die 18. Augusti 1637. in Beneuentana: *lib. 3. decr. Paul. fol. 39.* Mandans facere homi-

cidium non comprehenditur in Bulla Gregoriana. Thom. Delbene *tom. 2.* vide in Indice.

Committens homicidium in Ecclesia, non gaudet immunitate Ecclesiastica. Die 18. Octobris 1635. in Lorana: *lib. 2. decr. Paul. fol. 240. à tergo.*

Occidens in portico Ecclesiæ gaudet immunitate Ecclesiastica. Die 20. Nouembris 1657. in Asculana: *lib. decr. Roccij, fol. 41. à tergo.*

Matricida gaudet immunitate Ecclesiastica. Die 15. Nouembris 1661. in Arianiensi: *decr. Roccij fol. 367.*

Occidens in Ecclesia prouocatus in rixa, gaudet immunitate Ecclesiastica. Die 24. Martij 1637. in Algarensi: *lib. 3. decr. Paul. fol. 27. à tergo.*

Homicidium committens veneno non gaudet immunitate Ecclesiastica. S. Congr. Concilij, 3. Decembris 1632.

Homicidium commissum à laico, qui postea effectus est Clericus, non punitur quoad personam, nisi à iudice Ecclesiastico. S. Congr. immunit. 7. Decembris 1632.

Committentes homicidium, vel mutilationem in Ecclesiis, siue Cameteriis, non gaudent immunitate. Gregor. XIV.

Non priuatur immunitate, qui occidit, vel mutilat aliquem in Ecclesia non appensatè, & ex proposito, sed in pura rixa orta per accidens, vel calore iracundiæ, & maxime prouocatus. S. Congr. immunitatis sub anno 1639.

Neque attentans mutilare, vel occidere, non secuto effectu. Eadem S. Congr. 22. Ianuarij 1627.

Nec qui occidit, vel mutilat supra tectum, vel in Campanili, vel in scalis, aut in porticu, & similibus. Quæ licet in fauorabilibus comprehendantur sub Ecclesiæ nomine, in odiosis tamen non comprehenduntur. S. Congr. immunit. apud Pignatell. *tom. consule. canon.*

Sacra tamen Episcoporum Congregatio in vna Rhegiensi 12. Octobris 1602. & in Melphiteni, 20. Decembris 1616. declarauit, homicidium commissum in gradibus, dici commissum in Ecclesia, & non gaudere.

Eadem in vna Parmensi, 9. Septembris 1593. declarauit Bullam Gregorij XIV. non derogare dispositioni capitis finalis *de immunit. Eccles.* quod non gaudeant immunitate ij, qui homicidia, & mutilationes membrorum in ipsis Ecclesiis, vel earum cameteriis committere non verentur; quæ nisi per Ecclesiam, ad quam confugiunt, crederent se defendi, nequaquam fuerint commissuri. Nihil enim aliud facit bulla, nisi reducere ad casus in ipsa contentos omnia privilegia, de quibus ibi mentionem facit.

Homicidæ non audiendi, nisi se constituent in carceribus, nec remittuntur ad locum, vbi habitant hæretici occisi, nisi habitæ pace. Pius V. *const. 52.*

Homicidæ damnati, siue diffamati, tamen remissi fuerint, habere tamen non possunt officia, vel Dignitates, nec testimonium ferre. Pius I. constitutione *Ad restituendas.*

Permitti non debet, quod homicida voluntarius vadat in Chorum, multò minùs, quod participet de distributionibus, nisi priùs dispensetur à Sede Apostolica. S. Congr. Episc. in Tarentina, 14. Iunij 1580.

Hortatoria.

Episcopi soli Pontifici Romano obtemperare debent. Die 12. Martij 1627. in Vmbriaticensi, *in regesto lit. Paul. fol. 102.*

Episcopus vocatus à Regiis Neapolim, non debet accedere. Die 25. Maij 1638. in Lancianensi: *lib. 3. decr. Paul. fol. 62.*

Episcopus